



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 197. Sozium a Cæsare obsessum: soluta obsidio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. A.C. 1421. ruptionem in Bohemiam tentaturos; interea vero Cæsar valido Austriacorum, atque Hungarorum milite Orientale latum penetraret. Ergo cuncti Principes, atque Electores, Trevirensi excepto, utpote quem infirmitas lecto affixerat, ad militiam sese accingunt, & Mense Augusto in Occidentales Bohemorum fines infestis armis irrumpunt. Imperatoris tamen, utpote præpediti, expeditio tardius processit.

§. CXCVII.

Sozium a Cæsareis obsessum; soluta obsidio.

Cochl. Hist. Hussit. l. ib. 5. **Z**ischa intra Taborensis oppidi munita quietus substitit, haud abs reveritus, ne sibi, si numerosum adeo Germanorum Principum exercitum incautius aggredere, certa suorum clades immineret; unde stupebant Germani, quod Zischam in acie nullibi viderent; id autem eo consilio ab illo factum, ut Catholicorum copias obsidionum laboribus frangeret, spe fretus, cum omnes arces munitissimæ juxta ac instructissimæ essent, fore, ut longior oppugnationum mora, tardior stipendiorum solutio facile militum animos, & numerum diminueret, atque ad deserenda signa compelleret. Nec spem sefellit exitus: Imperiales

riales enim copiae Sozium, locum valde Sæcul. XV.
 munitum, omnibusque abunde provisum A.C.1421.
 obsident, validoque impetu oppugnant,
 sed postquam cives obsidione jamjam se-
 ptimam in hebdomadam excurrente vi-
 ginti sex Germanorum impetus invicto
 robore retudissent, Catholici annonæ pe-
 nuria pressi die decima sexta Octobris ob-
 sidionem solvere coguntur. Imperator
 vero, quamvis Mense Augusto in Bohe-
 miam se venturum spondisset, primum
 sub finem Decembris comparuit, eo quod
 Hungaros atque Austriacos invites edu-
 cere desperans, multum temporis impen-
 deret, donec utriusque Nationis Proce-
 res, qui copias ducerent, ad suas par-
 tes pertrahere posset.

§. CXCVIII.

*Hussitarum conventus ad vindicanda
 eorum gesta coactus.*

Sub idem tempus Imperator, cum non Dubrav. lib.
 sine gravi animi sui mærore perpen- 24. in fin.
 deret mala, quæ & justissima quævis bel- Cochl. Hist.
 la insequuntur, Hussitas adhortatus est, Hussit. lib.5.
 ut humano sanguini parcentes, saltem
 diuturnas, easque firmas inirent armo-
 rum inducias. Verum rebelles quascun-
 que pacis conditiones aspernabantur, nisi
 ante omnia ipsis quatuor Religionis ca-
 pita concederentur, nimirum: I. *Verbum*
Dei